

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas ac
cum fonte primo

Audi quemadmodum Zenon uir maximus
colligat uirum bonum non futurum ebrium.
Ebrio nemo secretum sermonem committat.

Viro autem bono committit; uir ergo bonus ebrius non erit.

Quemadmodum opposita interrogacione simili derideatur attende:

dormienti nemo secretum committit,
uiro autem bono committit;
uir ergo bonus non dormit.

Seneca ibidem (LXXXIII. epistola ad Lucillum).

- Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon, vir maximus,
huius sectae fortissimae ac sanctissimae conditor.
- ← Audi ergo quemadmodum
colligat virum bonum non futurum ebrium:
‘ebrio secretum sermonem nemo committit,
viro autem bono committit; ergo vir bonus ebrius non erit’.
- Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur attende
(satis enim est unam ponere ex multis):
‘dormienti nemo secretum sermonem committit,
viro autem bono committit;
vir bonus ergo non dormit’.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 83.9
(L. Reynolds ed., vol.1, p.280, ll.7-15).